

concedendum, ut per eam ab officii cura, aliisq; honestis actionibus nos abduci patiamur. Virtutis hæc quasi natura & ingenium est, ut quò pluribus est circumsepta insidiatoribus & cavillatoribus, eò majus incrementum sumat. Qui sapit, mecum expendat aurea illa Horatii Lib. 3. carm. verba, quæ ego huc loco epiphonematis appositè ap. ode 2. pono:

*Virtus repulsa nescia sordida  
Intaminatis fulget honoribus:  
Nec sumit aut ponit secures  
Arbitrio popularis aura.  
Virtus recludens immeritis mori  
Cælum, negatâ tentat iter viâ,  
Cætusq; vulgares, & quidam  
Spernit humum, fugiente pennâ.*

Summa Deo laus sit, qui det virtutis amorem,  
Pellat & à nobis crimina fœda procul.



F 3